

VVIPRANDVS PRAESVL TRAIECTENSIS.



Viprandus ex illustri comitum de Alden-burg familia natus fuit. Vnde à parentibus in omni genere literarum institutus fuit. Cum itaque mirum in modum in studijs & uirtutibus profecisset, Canonicus Paderbornensis constitutus fuit. Ibi magna pietate Ecclesiæ in seruiuit, atque uoti causa Hierosolymam profectus est. Cum reuersus esset, atque eius loci præsul decessisset, ipse uicesimus primus Episcopus electus fuit. Eo tempore Canonicorum omnia erant communia, qui unâ habitantes & cibum sumentes instar fratrum uiuebant, & Deum laudibus celebrabant. Verùm eius successor Bernhardus Canonicos eo in loco primus seiunxit, atque ob rerum affluentiam unicuique suam habitationem & redditus assignauit. Id quod prius hic Viprandus aliquoties interpellatus recusarat.